Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



235

Siquidem expandebant cherubym alas super locum arcæ & protegebant
arcam. & uectes eius desuper. Cumq; eminerent uectes & apparerent
summitates eorum foris secretarium ante oraculum. ñ apparebant ultra
extrinsecus, quod & fuerit ibi usq; in presentem diem. In arca autem non erat ali
ud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat intra moyses in choreb.
quando pepigit fœdus dns cum filiis israel cum egrederentur de terra
egypti. Si ecta. Qd inlata arca sca sco. dr, cumq; eminerent uectes
& apparerent summitates eorum foris secretarium. ñ apparebant ultra
extrinsecus. hoc manifestum in paralypomenon uolumine scbrt. Ve
rum inquit qui portabant arcam quia paululum longiores erant capi
ta parebant ante oraculum. Si uero quis paululum fuisset extrinsecus eos ui
dere ñ potat. Sibi notandum qd & si capita uectum accedentib; ppius
ac diligentius intuentib; parebant ante oraculum. ñ tamen fieri potat
ut ipsa eorum capita ante oraculum eminerent. quia nimirum necesse
erat ut clauso oraculo & adpenso ante ostia uelo. ipsi quoq; uectes tota
cum arca & cherubym abderentur intus. qd fieri ñ potat si pminentes
ultius uectes producendis adeundum ostiis locum ñ darent. Quo
postmodum uectum scptura ñ sine causa si; magnum interim sacramen
tum diligenter exprimere curauit. Constat enim qd domus templi exterior
peregrinantem intus ecclam. sca autem sancta sanctorum futuræ felici
tatem designat. Sed inlata in sca sancta arca assumptam xpi humani
tatem. & intro uelum regni cælestis inductam. Uectes uero quibus tade
arca portabat. prædicatores ubi pqs ipse in mundo innotuit ty
pice denuntiant. Erat autem in arca urna aurea habens manna. qa in
homine xpo habitat omnis plenitudo corporaliter. Erat uirga
aaron quæ excisa denuo floruerat. quia potestas omnis iudicandi
penes eum est. cui iudicium inhumiliatæ passionis iudicatum est esse sublatum. Erant
& tabulæ testamenti. qa in illo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ ab
sconditi. adherebant ei uectes quibus portabat. qa doctores q quondam